

transformatione hominis habetur, ut in alia claritate procedatur: Claritas invisibilis fulgoris, dum jacet in tenebris; & in claritatem latentem oculis: A lumine in lumen: Profecto transformamur à claritate in ampliore claritatem. Est alia claritas Solis, alia Luna. Solis, intelligentis animæ illuminatæ gratiæ fulgoribus: Luna, corporis deficientis, sed vindictæ gloriæ luminibus. Firmavit Salvator claritatem animarum per passionem, corporum verò, per corporis claritatem: atque has ascensiones potuit in valle lachrymarum; ut innotesceret felicitas hominum: quippequam à periculosa claritate animæ gratiæ spectabilis; transformantur in claritatem immortalitatis corporis.

Symbola insignia illiusmodi favoris, in Transfiguratione denotat, interea temporis, quo receptio corporum appropinquat. Modò tanquam à Sole, animæ ut nubes illuminantur; quando decernit Rex celestis, qui regit ea, ut corpora nive in conformitatem dealbentur: ac revelata facie possessione gaudentes, & gloriæ Domini speculatione; à claritate in claritatem sublevemur, siquidem transformabimur. Unde hoc sciam? Respice in faciem Christi tui. In iugo montis exredundantia gloriæ animæ replendit corpus; ita ut de claritate in claritatem transfret speculatorum visus: hac præferibitur effigies utriusque gloriæ (scilicet animæ & corporis) sicut exemplar nostræ totæ salutis expectatæ maiestatis: congruenterque dicitur, *de luce in lucem*, quia transformabimur in eandem imaginem.

11. Caterò. *Revelata facie transformamur.* Tertulianus lib. 5. contra Marcionem: *Transfiguramus.* Ad Christi transfigurationem alludit, ut asserit Alapide hic. Ex obsequio autem coruscæ transfigurationis, protulit potius pignus immortalitatis. Verum & quomodo? Audi. *Apostolos luce aspersit, & quasi transfiguravit:* ait idem præfatus Auctor. Christus duntaxat transfiguratus est ante eos: & dicitur fuisse transfiguratos Apostolos; quia in gloria corporis Christi, quæ in Thabore coruscæ micabat, splendor Apostolorum translucebat. Perpende *Quasi*. Non transfiguravit, sed quasi transfiguravit: quia suam Apostoli transfigurationem speculariter prospexerunt, quum splendores gloriæ corpus Christi illuminarent. Coruscat rutila facies Moyse. At unde? Ex consortio sermonis Domini. Sanè. Sed quo modo Dominus? *In corpore glorioso assumpto Deum vidit quasi in speculo.* Corn. Alap. ibidem. Quid quod corpus Moyse fuisse, si transfigurationis Domini vidit imaginem? Apparuit cor-

poris assumpti à Deitate imago; & specularis est gloriæ sui corporis (etiam nesciens) in speculo. Ideo posteriora videnda promittuntur in lapide; sed facies speculari in Thabore. Ita Augul. de *Trinit.* lib. 2. cap. 17. Tertul. lib. 4. *contr. Marcion.* cap. 22. Bernard. *Serm.* 61. in *Cant.* Origen. Homil. 12. in *Exod.* & Gregor. Nazianzen. Orat. 2. de *Theologia.* Proccedit ergo Moyse de claritate in claritatem; de lumine in potiore progreus fulgorem, cum in corpore Christi transfigurato viderit faciem. Posteriora Dei sunt humanitas Christi: caput Christi Deus, quod respicendit ut Sol: ut Moyse voto potitur, dum Christus transfiguratur: siquidem oculi ex posterioribus, quæ gloriosè viderant, surrexerunt ad faciem inegnotam, quam non noverant. Ex nube etenim lucida, quam Virgo Virginum in visceribus contexit, claruit Deus, quem nudatus luminibus obsecutus non cognovit.

12. *At revelata facie.* Cur? quia claritas, & claritas, atque in maiestate liberior maiestas. Quia à claritate corporis in claritatem proceditur Deitatis? Quia à lumine fidei, in fulgorem speciei? Quia à splendore naturæ in lucem gratiæ, postque tantæ gloriæ, ut ex illuminationis incandescit fulgore, transeamus namque in claritatem visionis beatificæ? Denique à claritate in claritatem; quia tametsi fulgores sint animæ, tunc etiam corpori *posteriores gloriæ*, donec per datum opitium, per donum perfectum descendens à Patre luminum, occurramus in virum perfectum? Videtis si lubet, N. Antelm. hic. Belle quidem: sed maiora latent. *Revelata facie:* quia non sicut Moyse ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israël. Patet: Transfigurato Domino, apparuit & Moyse. Perpicua species! In Moyse gloriæ, quam fuerant contemplati Israëlita, præfigurata erat gloriæ Domini in Thabore. Apparuit Moyse, dum ille iussit ut Sol; verò dum loquens de excessu, *quam Dominus complecturus erat in Ierusalém.* De morte vite loquitur, dum gloriæ hominis completa lucide exprimitur; quippe per Salvatoris ignominiosam mortem, auferendum erat faciei velamen: ita ut velum corporis à summo usque decursum scissum, ostenderet omnibus in anima templo perspicue sancta-Sanctorum. Corpus ex argilla humana erat lagena animata, vas admirabile superioris signi. Erat lapsus ignivoma inclusa in medio cruce, uti lutea lagena: atque doloribus complosa lagena corporis, fulserunt oculis, vel obtusis audique lampades. In cruce quasi abscondito vultu præ dolore; in clivo Thaboris remoto velamine;

Exod. 33. 23.

Verbum Dei caro factum, cognoscitur Deus ab homine, & in carne.

Quomodo de claritate in claritatem transfigurabimur? 1. Petri. 1. 11.

Luc. 9. 31. Per mortem Christi facti scilicet est gloriæ velamen expressit, in Transfiguratione.

Transit homo à claritate in claritatem.

Quare?

Tertul.

Cornel. Alap.

Transformatio corporum prospecta in cornibus Christi gloriæ.

2. Cor. 3. 7. Alap.

non autem quasi vas templi contractum, sed tanquam lumen sine velamine obiectum.

13. Silenorum imagines, quasi divina in occulto, ab Antiquis colebantur: de quibus consule Pisse Tom. 1. Tract. de *Eucharistia*: Cornel. Alap. in *Exod.* 38. v. 8. & Pierium Valer. lib. 6. cap. 14. Visebantur isthæ effigies; imaginatiliæ quadam scilicet, ita coninnatasur diduci, & explicari possent divina latentia, in illaque humanâ figurâ misericordie inclusa. Ubi clausæ erant, nihil aliud, quam hominis speciem ostentabant: ubi verò aperiebantur, venerabile Numen exerebant. Gloriæ earum abintus circumamictarum splendorebus, & coruscantibus copiosis radijs circumcirca ebullientibus. Hodie, & altiori mysterio, his similes secularium plerumque lustrantur in larario. Idea sanè perillustri! Sed unde hoc, nisi de nostris Sacramentis? Christus in forma Dei erat, quanvis in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo: siquidem etiam divinitatem umbræ corporis occultavit: in ipso omnis plenitudo divinitatis inhabitat corporaliter. Includa perstringitur gloriæ in interiora animæ, apparente illo, sicut ceteri hominum: numen habet simulachrum, transfiguratione corporis aperiendum; atque in Thabore simulac custodiam dirupit claritas, apparuit & propalam ignota Deitas. Hominiibus æquiparabatur, qui plusquam homo, uti Filius Dei. Resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta albicant sicut nix; & lumen resulcit in illius obsecratis habitaculo, qui propter hominem habitu inventus ut homo: ut homo purus (eius transfiguratione donum in membra exprimentem) transformaretur, in corpore claritatis & pulchritudinis sue.

14. Propositum indicat Doctor Gentium, ut totum dilucidetur testimonium. *Secundum operationem*, (ait) *qua etiam possit subijcere sibi omnia.* Sed qualia? Corpus & animam: idest, vincere potentem mortem animæ & corporis, secundum operationem sui corporis claritatis. Subiecerat mortem, quæ hominem exterminaverat peccati stimulis: verum mors prævalebat in corpus rabida corruptionis naturæ iaculo. Iam portio nobilior (quantumvis iaceret in doloribus terrestri fabrica) auferit libera. Omnia ergo subijcienda, ut perfecta sint opera: atque Salvator irradians nubem corporis, apparuit transfiguratus; ut configuraretur corpori incorruptibili corruptibile corpus. Formatur mortale. Reformatur: apparet ergo Christus gloriosus ut Sol, ut caro nostra requiescat singulariter in spe. *Quid adhuc murmurat; caro miseræ!* dicam cum Bernardo Serm.

Silenorū simulacra quæ in.

Quanvis Christus inventus ut homo, in illo corpore aliter habitavit. Deitatis plenitudo.

Philip. 3. 21.

Dum Christus fuerit ut Sol, caro nostra requiescit in spe.

Bern.

2. de *Verb. Isai.* Quid ultra realitatis, & adversus spiritum concupisisti? Ioinica es, & æmula, fatagens gloriæ per contraria opera. Noli æmulari in malignantibus. Si te in servitute redigit, in tuo genere non minus tua interest, quam ipsius. Quid quereris? Frustra quereris: reformabit, qui te formavit: & ita omnia subijcet, ut cum appareat ipsius regnum, cor & caro exultent in Deum vivum: siquidem ille ipse (ut possit subijcere omnia) qui corpus mortis subiecit; secundum operationem configuravit corporis claritati.

15. Sed inquires: Quo pacto mors succumbit, dum in corpus aquare prævalet? Quo modo victa, nacta victoria? Victus victus, & victor posttratus? Utique: Pauli verba scrutare. *Cum autem mortali hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorta est mors in victoria.* Si mors victrix ubi profecto mors mortis? Modò levi manu. Est certocertius in corpore mors & mors: quapropter sermo dicit: *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos:* quia adhuc devicto mortis aculeo, clamant sub altari cadavera subiecta mortis imperio. Mors prima est separatio animæ rationalis à corpore. Mors secunda ruina corporis in pulvere. Vicit mors hominem, & ostendendo mortalem, & signando corruptibilem. Cum mortale hoc induerit immortalitatem, quid? Gloriæ vivificabit mortalia corpora nostra. Assuetæ triumphis, sepeliebatur mors cadavera in tenebris. Minime vivificanda præsumpsit, dum Salvator configurari claritati decrevit & notum, quo viderit gloriola humiliata cadavera; mors victrix victa lugebit absorpta. Consulamini invicem in verbis istis; siquidem apparevit consummatio perfectissimi operis Deitatis.

Tribulatio non mentium pondus operatur gloriæ.

1. Cor. 15. 54. Quo pacto in corpore duplex mors. Ose. 13. 14.

Mors absorbet resurrexione, & gloriæ corporis.

DIDASCALIA XI.

Omnia subit a miramur.

1. Ita Stoicus *Epist.* 88. Allicuit oculum sine miraculo obiectæ, quæ merito ridetur ex causâ nota, & ignota magnitudinis suæ; atque corrumpit in ima, ex magnitudinis suæ proximâ causâ. Exhalationes sunt, quæ evanescent eodem modo, quo extolluntur, & etiam lucidè procedentes, in processu languescunt. Quæ floruit, aruit: stella quæ quolibet micuit, subito fragore de cælo lapsa per umbras. Simile utique ad unguem quadrat. *Coronam* (ait Senec. lib. 1. *Quest. Natur.* cap. 10.) *si diviseris arcus erit, si dire-*

Senec.

Idem.

Qui iusti videbuntur amicum ascendentes sicuti appa- rent.

Viris virga. Plerumque autem in celo digni- tatis multi (qui digni coronâ videbantur, nisi haberet) virga iustitiae refugientes rectum, conversi sunt in arcum pravum. Huiusmodi meteorâ in sphaera politices rationalis con- finguntur fide Græcâ, à mentis cervicofæ prothymia: quasi non præsagiant multorum perneciam, & signi possent oris flatu erige- re hominem. Meteorâ nunquamnon, tamer- si prodigiosa, in aère: utique. Rationalium, quæ fiunt, ferè semper à vanitate procedunt. Posthabentur sacra culmina dignitatis, quæ perpetim flagitant prudentiam hominis: & qui maximè fudere decori culmini (saltem quia munus obire) meteoroscopi debebant; constitutis meteorolefchæ constituentes in- sultant. Mente in altum datâ, divina credun- tur: Ut scias (dixit Philosph. Cordubens. lib. 6. de Benef. cap. 23.) non esse hominem tumultuarium; & incogitatum opus. Docu- mentum ignotat gloriosi hominum artifi- ces, dum alium aut immeritos ad dignitates. Incogitato, ex abrupto deligunt, quod fortu- na iactu casus ostendit: & opere tumultuario, quod rudis primum occurrit. Minus sic le- vandi; quia potius conteruntur electione, quam cupedijis phantasticis elevantur in cul- mine.

Fortuna cum Nemese, Chart. Macr. Paulau. Gyrald. Alciat.

2. Fortunam Ethnici cum Rhamnusia, seu Nemese collocarunt. Utrique profectio gu- bernaculum pro insigni dederunt. Etiam Nemesis in rota, sed cum frano pro ponde- re, & mensura. Vide Chartar. de Imaginib. Deor. cap. de Fortun. fol. 307. Machrob. lib. 1. Saturna. Paulan. in Atticis. Alciat. Em- bl. 27. Gyrald. Syntagma. 15. & plures alios. Aliquod mysterium introspectit Alciat. Embl. 46. Igitur nequaquam Fortuna, sed Spei Rhamnusia comitem associat. Sic ait: Spes simul, & Nemesis nostris altaribus adsunt.

Horat.

Sicilicet ut speres, non nisi quod liceat. Unde Horatius. Carmin. lib. 4. Od. 11. in exemplum adducit ambustum Phaethonem, eorum Solis terrenum equitem, de quo Cicero Tusculanarum 3. & Lavinus Torrensius in Horat. tubferibitque pro mo- nitu præclaram sanè sententiam.

Cicer.

Semper ut te digna sequere, & ultra Quam licet sperare, nefas putando, Disparere vites.

Iustitia à se ipsa præclara seu prudentia.

Imagines summa quidem: decursus exprimi- tur in rebas agendis larvati, vel puri cordis, ut pateant vel decora, vel dedecora dignitatis. Modus præfigitur in Rhamnu- sia Fortuna, & etiam in Fortuna Iustitiæ in- tegerima: siquidem avolante forte, Iustitia in rotam agitur; & non comite Fortuna (dum

exacior devolutur) à se ipsa in præcipitium impellitur. Iustitiam sine capite in vestibulo templi Veritatis, ubi nonnunquam porte prævia & perivæ (claudunt multoties claves invidiæ & calumniz) aderant Agyptij, iuxta Diodorum apud Vincent. Chartar. ubi supra fol. 310. & Alexandrum Aphrodisium, apud Pier. Valerian. in Addition. ad Hierogl. lib. 1. cap. 52. ubi simulachrum etfi inauditum, vocat pulcherrimum Astrææ, seu Iustitiæ truncæ simulachrum. Anigma enim effigies videtur. Extrahitur na subeili my- thologia: scilicet, caput Iustitiæ non ademp- tum, sed inter sidera occultum, quia in li- tibus discutientis stabit verum iudicium, si solummodo index prospiciat cæli. In Aræo- pago reor in velato capite (ut observat idem ibid.) causa discutitur. Cautio prudentis- sima, & acceptio reperet peccatorum.

3. De intactum aliquid relinquamus (priusquam Didascalia primario insititio exitum præbeat us aptiorum) estò more- mur in transeitu, sciendum censeo Iusti- tiam, quam acephalam depingit Pierius, cum capite à Causino lib. 2. Symb. effingi. Altruit Pierius dum inficiatur: equidem ex Aulo Gellio lib. 14. cap. 4. alterit: Pingi solâ tam formâ, atque sive originali, aspectu ve- bementi, & formidabili, luminibus anulo- rum acribus, neque hamilon, neque atrocem, sed reverenda cuiusdam tristitia aignitate. Perpende Aspectu, & luminibus. Oculi Iusti- tiæ in capite. Irgo non acephala, dum obti- net lumina. Haud sequitur: iustitia igitur allabit profectio sine capite, dummodò lumina affectivè collocaverit in pectore. Sapien- tis oculi in capite, dicit Salomon. Signat Sa- pientis sensus integerrimos: quippe illud ho- ræ index habebit oculos, cum noutquam iux- ta propensionem eæpè iudicaverit voluntatis; sed ad amulsim inconcessæ legis. Ni dicas, ita opus esse iudicij exemplo, sicut litium iu- dicio: unde si alter iudicat, quam fe gerit; Iu- stitia absdubie habet caput, & non habet. Cu- ret enim capite, quisquis habet intellectum sine innaa operatione.

4. Scopo demum. Imagines affabrè sculptæ potius obumbrant in culminum am- bitu, coërtionem phantasia. Tum iustitia, cum fortuna obtinentur gubernacula: alia sic, alia verò sic. Si modus accedit, sapienter, si prudentia recedit, stulte: quippe quum stolidus regimine perit; intelligens cautus gu- bernacula possidet. Aliqui quia in manu sortis speculantur Iustitiæ gubernaculum; non iustitiam, sed fortem insanî sitibundè se- quantur. Obsequia ingeruntur pro meritis, quæ quidem prævalent in abrupta distribu- tio.

Diod. Chart. Pier. Valer. Cur Iustitia sine capite sit.

Cur velato capite in Aræo- pago?

Iustitia in imagine.

Causin. Pier. Aulo Gell.

Iudicij ratio.

Eccle. 2. 14. Caelum intusur- tur.

Comm. datur exempli iudicium.

Gubernaculum iustitia sepe in arbitrio fortunæ.

Cur velato capite in Aræo- pago?

Sit me- dus in electione.

Genes. 2. 7.

Genes. 2. 7.

Nec præ- fer ex ni- hilo.

Genes. 2. 7.

tionè mædum fortis: & infelicitè gaudent, si gubernacula non intelligent possident. Miseri sane. Ipsa quidem elevatio signat, cla- vum habuisse fortunam, & prævermissè Altream: servitque dedecori nullans fortis cæca gubernaculum, quod iure tradendum exigenti Iustitiæ meritorum.

Signa perperæ, vel optimæ promotionis patent in insignibus. Fortune gubernaculum duntaxat habet comitem rotam; Rhamnusiæ frænum retinet, & mensuram. Si frænum co- hibet effrenatam pectoris ambitionem; iu- stitia tantum obtinebit dignitatem: si frænis ambitus est; relictiis meritis, mensuraturæ fastidium malaciæ sortis: tuncque Rhamnusia volvitur in rotâ, ac percelluntur, iustitia de- creta. consulta: quippe minimè traditur di- gnitatis gubernaculum, iuxta mensuram ad- equatam meritorum. Gradatim enim ascen- dendum, ne attonet numeris sublime fasti- gium; & expellatur assumptus præcepta à rota fortunæ: quoniam descivit à menturâ pru- dentia. Modus in numerum collatione ha- bendus est. Sine fræno phroneseos nihil non temerè fit: & insano aliter, dum indigni fit promotio, ut culmine fulgeat; sustollit in fortunæ rotam: ah! sed sine clavo; ut cor- tuentem infelicitè allidat.

7. Quænam vero locum habet quæstio illu- stris videlicet, cur Deus hominem non con- stituit ex nihilo, sed ex lato, ut præset uni- versos; cum alia condiderit simul creando materiam; & conferendo formam? In ho- minis formatione prius aptavit concinne lu- rum in statum spectabilem; postque spiracu- lo vite, factus est homo in animam viven- tem. An quia præses? An quia homo? Quia homo præses. Mam propter prælationem: di- xit Tertull. de Resurrect. cap. 5. Homo non sic: sicut cætera animalia. Ipse Deus dixit, & creata sunt. Homo aliter: non quia abbre- viata manus Domini in rationali; sed quia ut homo fiat, opus est opere: igitur homo in ho- minem præsidem non erigitur vocibus: eri- gentis, sed operationum rationalium meritis optimis. Secundum merita distribienda sunt numerâ: & homini non conferuntur, ubi spe- ctatur futuri rationalis statua. Fecit Deus ho- minem; perficiendo quod fecerat: ex nihilo namque hominem constare poterat, sed no- luit: erigatur ergo, licet ex lato; quia cunctis (etfi subira mirantur) suspecta plerum- que hominis in præsidem formatio ex nihilo. Homo, prout dotes commendaverint, publi- mandus ad culmen: alius uti inexperto gu- bernaculi periclitatur regimine.

in cuncta dominabatur. Verum affectio bo- nitaris, præermititur. De quolibet & in spe- cie, & in genere dicitur: Vidit Deus, quod ef- fet bonum: & vidit Deus cuncta, quæ fecerat. Erant valde bona. Genes. 1. psalm. Si bo- na sunt cuncta, quare non exponitur bonus, propter quem cuncta & bona sunt creata? Si bona, quæ exposita luci, à quo bona cuncta procedunt; cur non efficitur ut bo- nus, qui primus formatus est à Deo Patre orbis rectorum? An quia nobilitas hominis opere facti, pendet ab opere, & minimè à nobilitate nature; ita: ut quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra? Cælestis namque doctrina, Perit omnis in illo nobilitas, cuius laus est in origine sola. Virtute decet, non san- guine niti. Frustra sunt enim ornamenta ge- neris, si propria uniesque defunt virtutis. Optimus iure, succinit Virg. Aeneid. 12. vert. 215.

Cui genus à proavis ingens, clarisque paterna Nomen erat virtutis, & ipse acerimus armis. Omnes si ad primam originem revocentur, à Deo sunt. Hoc hominibus commune: no- bilitas igitur est aliquid singulare. Individuatur in materia à segillante virtute. Bona mens (ait Senec. Epist. 44.) omnibus patet: omnes ad hoc sumus nobiles: nec rejicit quem- quam Philosophia; nec eligit: omnibus licet. Intendum est, non unde veniant, sed quod eant. Ecce sic benedicitur homo, qui timet Dominum.

7. Ulterius. Cuncta dicuntur bona, & homo, etfi bonus, non dicitur bonus. Nonne bonus præses, qui eligitur in præsidem bo- nus? Dicit Sapiens, Cogitationes enim mor- talium timide, & incerte providentiæ no- stræ. Providebat Dominus hominem in or- bis infimi præsidem. Homo erat: quem mi- nimè Deus in agendis probaverat. Ad digni- tatem eligit, & nequaquam quasi præsidem assumptum approbandum, benedixit: quia crepera omnino electio in principem, homi- nis docti licet, inexperti: quanvis sit auctori- tate, tituloque electionis divina.

Acumen Rupertij profertendum. Pro fa- ciemus hominem: Genes. 1. 26. Ut annota- xi Tautolog. 2. Didasc. 2. nam. 1. Legit hic, Faciemus. Quod affectivè exprimitur, ex nihilo consulendo autumo: scilicet, Faciemus ho- minem? Quid autem oblat, ut è pulvere in præsidem homo surgat? Quis surgit è pul- vere? Quia in cacumine dignitatis auctori- tatem tantum commendabit electoris; aut commendabit auctoritas, quem antehæc ignorabit, & dignitas: ita ut iaceret sine me- ritis sepultum nomen, antequam promoveretur extremo utique sudore in lucidum cul- men.

Fortu- decet, non sanguine niti.

Virgil.

Senec.

Sap. 9. 14.

Parum prædest electio la- gitima sine munus- ris experi- entia.

Gen. 2. 26. Ruperta.

men? Quid ergo conatu sapientissimo obest? Vix natus in prafidem & principem erit electus, imò in ipsamet nativitate constitutus. Præfides per infimos honores gradatim probandi, ut probi in dignitatis fulgeant regimine, Optime respondit ambitui, Davidis pastoris circumspectio: *Usum non habeo*. Ubi experientia aufugit, & sapientia corruit. Undenon, an fiat homo, sed an fiat homo præfides, ambigitur dum usus muneris in assumendo casus pranoficit: siquidem sæpè sæpius fides concidit in fastigio dignitatis; eius qui promotus, & asulatum in momento temporis. Præcaulit admirabile consilium hominis nuperrimi propensionem. Accessit constitutus præfides ad dignitatem; & quod tenuit muneris dignitas in experta, in malum nostrum comprobavit & ruina. Cogitationes enim mortalium timidæ, & timidæ: sine magno regiminis usu, evanescent & sapientes providentia.

8. Factus est primus homo in animam viventem; novissimus Adam in spiritum vivificantem. Primus de terra terrenus; secundus homo de celo caelestis. Quævis terrenus, tales & terreni; & qualis caelestis, tales & caelestis. Exploretur in caelesti fabrica structura terrestris medicina: igitur si portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis. *Eccc ego* (dicit Dominus) *mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamentum fundatum*. De quo haud levi manu egimus in superioribus *Didasc. 6. à m. 12. & seq.* Non tantum à Comment. & S. PP. sed etiam ab ipsis Apostolis, de secundo Adamo vindicante genus humanum, Propheta Evangelici accipitur testimonium. Uterque Adamus à Deo factus est: in fundamentum nobilis humanae naturæ conditur homo primus; etiam in fundamentum miseretur homo secundus. Lapides vivi sunt, aliter tamen & aliter; quippe primus in formatione, & secundus in reformatione naturæ: cur ergo si unusquisque in fundamentum mittitur, ut lapis tantum constituitur primus; & secundus facitur uti lapis pretiosus? Dicit vaticinium: *Mittam lapidem probatum*. Constitutus est Rex à Deo super Sion montem sanctum eius, cui dicitur: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Constituitur quoque in præfidem homo primus: atque nequaquam plauditur (etsi primus orbis homo) lapis pretiosus, quia non probatus.

Causa ad manum est. Primus non prius fuit homo, quam præfides orbis: secundus habitavit in nobis, in Maria, in Ioseph, & erat subditus illis. Sapiens quilibet: sed iste sa-

1. Reg. 37. 39.

Præfides in experta malis

Isai. 28. 26.

Præfides lapis pretiosus, si probatus

Psal. 2. 7.

pientior, quoniam superior humillior. Adificationi deservit uterque: at Christus mittitur ut lapis pretiosus; quia didicit ex his, quæ passus. Probatus enim præfides est proculdubio pretiosissimus lapis.

9. Deinde: la dubium vertitur, an Christus habuerit regnum temporale? cum dicitur Luc. 1. 32. *Dabit ei Dominus sedem David patris eius*; vel tantum spiritale? iuxta illud Ioan. 18. 36. *Regnum meum non est de hoc mundo*. De quo eruditè S. PP. & Nos, si Deo placuerit concedere auram, ad Daniel. 7. 14. *Potestas eius potestas aeterna, qua non auferetur*. Et Luc. 1. 33. *Regnabit in domo Jacob in aeternum, & regni eius non erit finis*. S. Athanasius Serm. de *Deipara*, perhibet ius regni Christum habuisse, sed non usum, usque dum in crucem ascendit, iuxta Davidis testimonium, Psal. 95. 10. *Dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit*: quæ propter moriturus titulum Regis Iudæorum non respuit *Ioann. 19. 19.* & exaltatus à terra, omnia ad se traxit. Pro transcurso satis, Sapientia Patris regni inivit possessionem, sed in tormentis: Adamus verò in deliciis: & ille ut lapis pretiosus adificium infertavit, quod iste funditus in momento destruxit: etenim præfuit primus homo à constitutionis utero, & secundus homo, uti sapientior, regnavit à ligno.

Haud patitur Adamus, dum micat orbis laurea. Christus autem tenatur per omnia, ut possit condolare his, qui ignorant & errant. Unde (ut ait Apostolus *Hebr. 2. 17.*) in eo enim, in quo passus est (& ipse tentatus ut repropitiaret delicta populi) debuit per omnia fratribus similari. Debetur ergo illi principatus; ut fulgeat in adificio lapis pretiosus: siquidem in exemplum rationalem, Deus constituit hæredem universorum. Factus est ergo lapis in caput anguli; dum caput humani generis apparuit contagium mundi. Quid non mali præfides in dignitate summa, etsi primus sit homo sine experientia? Princeps subito eligitur; at subito ipse cum dignitate labitur.

Postremo: fundamentum speciei rationalis fuit homo primus, etenim Deus fecit ex uno; omne genus humanum inhabitare super universam faciem terræ; qui porrò princeps orbis, dudum pulcherrime conditi. Multoties conditur excogitatum novum dignitatis dominium; propter hominem etiam in expertum. Sed occurrit: quare igitur si Adamus præfides politur lapis primus in hominum adificium; non dicitur, licet sit, fabricæ rationalis fundamentum? Christus lapis est, sed fundatus; quia in natura humana à petra

Anababur rit Cbrisus remporale regnavit

Athanas

Didicit Cbrisus in regno ex his, quæ passus.

Præfides si subito est, igitur, asultrum ipse cum dignitate labitur.

Corruptio in dignitate summa, etsi primus sit homo, sine experientia.

fundamine humane naturæ) excisus. Cur enim, si Vates aserit lapidem esse fundatum; mitti promittit in pretiosum fundamentum? Quia fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus? Sane. Pro fundamento, à qua delectus est, dignitatis, assumpti Filii Dei naturam hominis; ut magis luceret pondus gloriæ, dum divina persona in tam fragili natura subsisteret. Angelos enim constituit, sed Angelos non apprehendit. Humilia respicit, & ultra à longe cognoscit.

Erit ne, quia Christus fundamentum signatur spiritale? Est & iure: sed non prius quod spiritale, sed quod animale. Ergo fundamentum homo primus. Sanequam, sed in expertus: & in mole celsitudinis (ubi eminere debet politica ratio) primi hominis sine experientia in præfidem constitutio, erit erectio sine fundamento.

10. *Frustrà constavit constator*, dicit, ut sæpe vidimus Ieremias. Alludit fabricam idolorum, & erectionem imaginum: quoniam sæpe ulvenit, quod spurciter ex typo cogitationis, vel monstra educantur, ut in throni calamine ab omnibus adorentur. Inverta indigitatur hominum phantasia, quandoquidem à multis adoratur & bestia. Regnum, licet bellæ, concedent, nec inflati respicient: imò si viderint primam, ut ait Ioannes, adorabunt *Primum bestiam*. Etsi obiter nota, *Vidit aliam bestiam*, ait. Quamnam? Capituli præcedentis, *Apo. 12. 3.* Alia bestia? Alia. Homo erat: quare hominem irracionalem signavit? *Fecit* (inquit Evangelista) *terram, & habitantes in ea adorare bestiam primam*. Monstrum à terra expedit evelli, nequaquam à rationalibus adorari: & iure Ioannes hominem bestiam eligentem, vocat aliam bestiam; quia fecit alios in dignitatis cacumine adorare bestiam primam: & quæ patefiebat horrible monstrum, in folio venerari tanquam prodigium.

Modò ad Ieremias auctoritatem. Annus hominis fastosi tudore toto dirigitur, ut in folio maifestatis hominis sublevertur in ago. Diligentia, & arte, sufragijs iudole, meritis evandè, in tede idolum collocari intenditur. Adorationem solidus idolodorum nancitur: sed quid? Frustrà constavit constator: irracionalis innotecit formatio, dum fit ex nihillo: etenim quod est erit, & non aliud, quicunque indigne ascenderit culmen; quanvis in tede repræsentet hominem.

11. In Petram insignem Horeb voluptuosè offendimus. *Exod. 17. 6.* Bibent filij Israel: at bibebant, *Consequente eos petra*, dicit Apostolus. Umbra erat aqua de

petra, quasi sanguis ex Christo, qui fugientes se populos sequebatur, ut biberent, & non sitirent: redimerentur, & non perirent, ita Ambrosius in *Psaln. 38.* cum Tertulliano de *Baptism. cap. 9.* Non in umbra, præclara veri amoris demonstratio videbatur, quin etiam fugientes rebelles propensione conqueretur. *Petra autem erat Cbrisus*, subdit Apollolus & illuminator Gentium. At cogitandum, non dici, *Cbrisus enim erat petra*; sed *Petra autem erat Cbrisus*. Christus ergo dicitur petra per similitudinem, neutriquam per proprietatem. Quo igitur sento petra erit Christus? Meo quidem iudicio, per re-præsentationem. Quam ob rem altititer à Doctis. Alapide *Petra typica, typus Cbrisus*, quia Christum significabat. Verum abbrevior nodus: Christus enim erat præfides; Pater factus, Princeps pacis, admirabilis consiliarius, cui omne iudicium collatum, ut iudicet mundum: qua porrò viâ huiusmodi numerata vel pellucuit in petra? In malum utique Republica non tantum pellucuit insula, sed etiam lucent insularum phantasia. Videtur protectò aliquibus rudibus lapidibus, vel Republica ruderibus, non ligna & lapides esse; quia in ipsis sculpuntur dignitatum inulæ: atque homines esse magnos, quippe magni homines, quos habent, honores habuerunt supremos: imò maximis maiores, si præmaximis audace fortuna arripuerunt dignitates. Heu! Quoties ille, cui in minoribus uxor ignorantia, adoptante fortuna, prædicatur scientia infusa? *Tertius*, dicitur, *de celo excidit Catos*; & circumspicitur stollide bubo. Qui iacebat ut fatuus deridiculus; plauditur iam admirabilis consiliarius. Qui dycolus & subditus cum amicis; extollitur Princeps pacis. Qui nec literam sortitus, dignitate ita creditur doctus; ut sibi blandiatur, cerebrum vacuum posse proclivè iudicare mundum. Hæc vani & risum moventia; dum non ex homine, sed ex munere tanti pendunt munera: quinpotius re-præsentationes munerum, quæ coloribus phillander evacuant cerebrum. Quapropter ut sciat indignus, quid sibi dignitatis contulerit principatus; dicit meditante Paulus, *Petra autem erat per typicam re-præsentationem Cbrisus*: quippe indignus præfides petra intencibilis manet, licet Christum re-præsentet.

Lapides enim humeris potentium Sisyphorum elevantur, etò ponderis gravitate curventur: unde dum succedentem eligant saxum; minime superiorem eligant, sed lapidem mittunt. Ulque ad celos attollunt tummo facta, nec ipsi vindicantur ab immi-

Amor Dei nimis erga hominem.

Homini regionis ignari, in præfidem constituto est pafidum sine fundamento.

Ierem. 6. 9.

Apo. 11. 14. 15. 11.

Haud bestia, qui ad mundum ris fastigium non eligit hominem sine consorem.

Temperà successerit dabit, dum dicitur non consistit

1. Cor. 9. 4.

Ambrosius Tertullianus Amor Cbrisus & ingratum sequitur.

Alapide

Dellus indignus ad dignitatem arripit.

Petra præfides petra non est, quibus Cbrisus re-præsentet.

Petra ex solitur, ut caput erigenk coneratur.

nenti periculo: quandoquidem si suffolitur viribus in caelum petra, elevatum etiam conteret capita. Szpetzpius accidit. O miser stolide! Petra, quam impulsu eiacularis in dignitatis caelum, ipsa conteret caput tuum. Lapis semper ledit, aut pedem, aut caput: caput, si erigitur: pedem, cum teritur. Hoc est discrimen inter lapidis & hominis elevationem. Ad homines accedunt, lapidem elevatum omnino fugiunt: praefagiunt chimii vel ambitiosi in perniciem aliorum elevari; & censetur assumptus, lapidis iactus. Ille econtra propter representationem alium a se seipsum cogitative concipit, & nescit: quia sese meretur representatione dignitatum, cum debeat mensura adequata meritum. Fiant, ut fiant: hi enim nonnunquam dignitates decorant.

March. 4. 18. 19.

In eligendis non exercitia mutanda, sed materia.

Luc. 9. 33.

Necit symbia dnu Re ligiofa

Homini- bus praefi- gitur ex- plar, ut pe- fides fiant. Senec.

Regi de- bet, qui posse se re- gre inu- pto

12. *Faciam vos fieri piscatores hominum*, dicit Servator N. vocat in Apostolorum Andream & Petrum. *Erant enim piscatores*. Si piscatores, nequitiam fiunt. Nemo igitur vocatur ad id, quod est: & fiunt piscatores, qui piscatores sunt; ut sciant quicumque subditos promovent ad officia, officia non mutanda, sed materia. Optime pascet populum usitata prudentia, qui pastor fuit ab infantia: & plerumque status periclitantur Republicas: quia eliguntur ad arma, qui totum tempus aetatis consumperunt in blandimia Minerva. De Petro cum tabernacula excogitavit construere, dicitur: *Nesciens quid diceret*. Nec mirum: piscator erat: trahent fabrilis fabrici. Piscatores enim erant, & fiunt piscatores; ut ex industria collectionis piscium, fiant & strenui piscatores hominum. Qua propter quidam sacri Parnasi ingeniose dixit: *Sunt illic merces, plagae sunt vota, rudentes; Mors, pretium; virtus, prora; carina, salus; Vinela fides; malus, pietas; suspiria, ventis; Spes, velum; remus, gratia; rector, amor.* En simulachrum status Apostolici, & Monastici.

Faciam, ait Christus his, qui fieri possunt. *Faciam vos fieri*, qui homines estis non facerem, ceteri possum filios Abrahae suscitare de lapidibus; quia lapides, *Faciam*: quia vos non me elegistis, led ego elegi vos: *Faciam* & vos fieri: quia sine me nihil potestis facere. Si nihil dum homines, quid si lapides? *Faciam vos fieri*. Quare? *Imbecillioribus ingenij* (inquit Seneca *Epist. 94.*) *necessarium est aliquem praevire*. Hoc vitabis: hoc facies. Praeterea, si expectat tempus, quo per se sciat, quid optimum factu sit; interim errabit, & errando impediatur, quod minus ad illud perveniat. Regi ergo debet, dum incipit posse se regere. Quomodo ergo rudi Minerva, digni-

tate tradita reget, qui nescivit & regi: Ideo Christus dicit illis: *Venite post me: faciam vos fieri*: ubi supra. *Dilectis sequentes exemplar virtutis, ut adeatis digni culmina dignitatis*. *Faciam vos fieri*: liquidem principes praevaldebitis scientia; & ex his quae uti consequeremini in veritatis schola.

13. *Faciam denique vos fieri*; quia modo indigni. Possim, si vellem, vos principes in calmine Apostolico facere: verum modo faciam, fieri; quippe non per otium, sed per merita tantum consecutus culmen Apostolicum. Multum etenim praestat manus, si dignos facit ministerij huius. Si facerem modo vos, sublimi munere nosceremini; ceterum dum fecero fieri, dignitates agnoscentur digni praedis regimine: & fieri faciam; propter eminentiam vestram: igitur nobili splendoris est, ut principes micet fulgore dignitatis; cum debeat fulgere dignitas insita maiestate sedentis. Essetis enim magni, quia dignitas magna; haud quia in munere supereminet magna merita. Non habetis, & habebitis. Non faciam piscatores hominum, donec fatiis; quoniam neque minimum munus a me conceditur sine meritis. Qui sublevantur, quin fiant; & indigni; & imperit ad gubernacula accedunt: caput, cacutientes, ac in circuitu ambulantes, undique furenter illidunt: pereunt ipsi, quia inexperti. *Faciam vos fieri*: quandoquidem nulla iactura regimini maior, dum electores insensatos in culmina iactant; quam quod & homines dignitatis fiant. Vide quae diximus hic *Didasc. 6.* Illis sane videtur optime regere; ceterum alijs inepte, atque stupide insanire.

14. Exul, Chartagine expulsus Annibal, ubi nomen illius tot gestis elaruit: ad Antiochum, qui tunc Ephesi debebat, se libentissimè contulit. Propter antiquam viri amicitiam successivis horis (ut laxarentur molestarum funes) ducitur ad Academiam disputantis Phormionis, expectans sane a Peripatetico, per amena eloquentia diverticula, & folia (mentis ingeniose acumini grata) patulo ore curas Chartaginis aberratum iri. Discebat Philosophus de *Convinsio*. Annibale ingresso, digressus est a proposito. Dixit mira de lente, & ebulliebant fales ineptissimi; praecipue dum sudore nimio, quasi esset in praelio, de ordinatione castrorum, de ducis officio, de reque militari (qua omnia penitus ignorabat) longissimam disputationem tenebat. Cuncti aperto ore stupebant, & Paeus Imperator dixit: *Multos delirios fecit saepe vidi, sed qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem*. Nec in merito: quid enim insanus, quam Philosophum lingua digla-

Verl. 19.

Principi poter non ab honore, sed honoris a Principe.

Assumpti iacturâ bonis ostendit, dum ipsi dignitatis bus expersis

Monitori inexporus, impositi, com- potem di rigi.

Plutarc.

Eraim.

Lebens.

Nec fater viter a crepidam.

digladianrem, in futili otiosa disputatione, consilia & pracepta de re militari forenter stabilire? Sus est. Unde. Quidam dicenti: *Solum sapientem bonum esse Imperatorem*, respondit: *Nunquam sonum tuba audisti: si audivisses, crederem*. Plutarch. & Erasim. in *Apothth.* Quapropter Dionysius Lebeus *Embl.* 52. sic loquitur. *Ridetur monitor, qui non experta monebit. Cui rerum & nullus quas docet usus erit. Ut si perspicuo, quae fulgent lumina, visa monstrare velit luminis orbis iter.* Inopinata sane homines mirantur: at exitus acta probant, ubi eadem ipsa, quae prius admirabilia, claudicant; & telis etiam araneum caspant. Haec imperiti, rudis, revoluti lapidis vera imago. Suspecta nonnunquam maneat hominis assulatum electio.

DIDASCALIA XII.

Requies Dei Virgo Mater est.

Ioanni Geom. Mundus Deo speculissimus Ma- tia.

Bernard

Ovid.

Microcos- mus Ec- clesie. Thom. Villan.

amb. Homo or- bui causa

1. Sic pro dignitate effertur a Ioanne Geometra *Hymn.* 1. de *Virgine*. *Laudib.* in illa requiem invenit, qui in omnibus requiem quaesivit; atque requiescens ab omni opere formationis, quasi completus opus suum, requievit in opere formationis *Virginis*. *Altissimus sibi Mariam quasi mundum speculissimum condidit: haec est illa salutaris foemina, in qua sola requiem invenit: obsequentissime dixit Bernardus apud Haye in *Arbore vita*, *Genes.* 2. *verl.* 2. *concep.* 29. *Formam adaei, qua foemina nasci Nulla potest: operisque sui concepit amorē.* In fabrica mundi, qui requiem in seipso habebat, ab opere cessavit; & in Virgine tanquam specialissimo mundo singulariter requievit. Merito *Microcosmus Ecclesie* placiditur a S. Thoma. Villanova, *Com.* 3. de *Virginis nativitate*. Extollitur isthoc spectabili praerogio Deitatis rationale simulachrum; quasi collecta tenens specimina cunctarum creaturarum perfectionum. *Recte novissimus conditur homo, quasi causa mundi propter quem facta sunt omnia: quasi omnium habitator elementorum, inter feras vivit, cura piscibus natat, super aves volitat, conversatur cum Angelis, terram inhabitat, & caelo militat, sulcat mare, aere pascitur, calor solis, viator profundis, piscator in fluctibus, in aere anceps, in caelo naves, Christi coarctans.* Haec Ambrosius *Enarrat.* in 1. *Genes.* ad Horont. Homo dicitur recapitulatio operum Dei, quia cuncta mundi quasi micant in homine: & aptius Virgo dicitur *Microcosmus* Tom. I. Taut.*

Ecclesia; liquidem quod ille in formatione rerum, Virgo continuit in reformatione operum: quoniam in formatione, antequam concepta; quippe omnem perfectionem illius amplexa, propter quem omnia. Ad illam (ait Bernardus *Serm.* 2. *Pentecostes*) sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium saecularium respiciant, & qui in caelo habitant, & qui in inferno, & qui nos praecesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascuntur ab illis. Illi qui sunt in caelo, ut resarciantur; & qui in inferno, ut replantantur; qui praecesserunt, ut prophetes fideles inventantur; qui sequentur, ut glorificentur. Merito in te respiciunt oculi totius creaturae: quia in te, & porte, & de te benigna manus Omnipotentis quicquid creaverat, recreavit.

2. Succinit etiam Petrus Damianus *Serm.* 11. in *Virgine*. *Annunciat. De thesauro divinitatis Mariae nomen evolucitur: & per ipsam & in ipsa & de ipsa, & cum ipsa totum nihil faciendum decernitur: ut sicut sine illo nihil factum, ita sine illa nihil perfectum sit.* Hoc est quod natura miratur, reveretur Angelus, veneretur homo, stupescit caelum, extrinseca terra, infernus exhorret. *Cum enim fecerit Deus omnia opera sua valde bona, hoc melius fecit, conservans sibi in ea reclinatorium aureum, in qua sola se post tumultus Angelorum, & hominum reclinarerit, & requiem inveniret.* Eadem fere Rupertus lib. 6. in *Cantico*. Anselmus in *Officio*. Conceptus, & Ideofontus *Serm.* de *Parv.* & *Parvise*, *Virginis*. Encomia protuli ex alijs, quia vir postulus iabys ego sum. Doctores Deiparae gloriosi ex benedictina familia, candorem candidie perferrentur, ne Virginis Matris elegia degeneret cogitationis, vel microphytula affatu poliantur. *O pulcherrima pulcherrimum pulcherrimum! O Dei Genitrix pulcherrimum omnium ornamentum!* Dicam ter, quaterque cum Gregorio Nicomedico, *Orat.* de *Oblatione*. At quomodo a Domino factum est istud, quod quidem mirabile in oculis nostris: Licet aliquantulum prorahatur Didascalia, in hereditate Domini morabor.

3. Complevit Deus opus suum, quod fecerat, & requievit: inquit Moyses. Quale opus? Quod novissimum, dicit Ambrosius ubi supra. In cogitatione primum intenditur ultimum practicum. Verum extitit foemina. *Assuavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in Jerusalem.* Quid tui? Virgo erat pulcherrima, formata in gratia: at cum futura propter quam haec effusa, & in qua iucundam habitationem ante saecula

Bernap. Negotia saecularia Virgo.

Curr

Pet. Da- mian.

Reclina- torum aureum,

Rupert. Anselm. Ideofont.

Pulcherrimo pulcherrimum.

Gregori- Nic.

Gen. 2.

V. 22.

Singula-
re opus
Dei.
Bonav.

Chald.

Delicia
Deitatis.

Nevis-
ma divi-
ni penici-
li tabu-
la, qua
nō intro-
nitur
plus ul-
tra.

Gen. 2.
2. 3.
Dei de-
scribitur
quasi non
quiescent
usque ad
tempus
Virginis.

In Maria
anteior
conceptus
Matris
Dei, quā
filiū ad-
mi.

preparabat; & requievit, quia desijt opus in Virginis formatione. Plauditur Maria Opus Dei. Bonavent. in *Specul.* cap. 7. siquidem in alijs quasi opus consumitur; & in Virgine absolute consumatur. Quid non in Dei forma, si requievit vel in umbra? Pro *Requievit*, Chaldaea, *Delectatus est Deus opere suo*. Nullam enim creaturam gratiorem habet, & quiescit: Eva quidem imago Virginis in lucem proditur; & Deus ultra in opere non progreditur. Delectatur opere suo, speciem exhibens quiescentis artificis. En ipse fiat respiciens Mariam per cancellos imaginis. Delectatur extremo opere, qui si-ve illo non requievit. Unum opus fecit, & iure miramur, quippe cuncta per hoc unum. Multis factis in multa machina nolitior procedit: Virginis imagine condita ab universo opere penicillus summus cessavit. Multa fecisti tu Domine mirabilia: in Virgine delectaris, & quiescis; quia non plus ultra. Existencia Mariæ veniens veniet, & tardabit; igitur in novissimis temporibus, quæ in Eva expressa, apparebit: intereaque temporis scia graphiam aspiciat manu, ut vel imaginis oblectetur spectat.

4. Inuit Moyses, *Requievit Deus*, inquit, *ut faceret*. Reques Dei dicitur cessatio ab opere, quod decreverat, universo. Ergo non requievit, dum requievit ut faceret. Requievit, & non requievit. Decretum itaque erat, ut usque ad plenitudinē temporis non constaret illa Virgo. Virginum primiceria, in qua requiem inveniret: atque requievit, ut faceret, & quiesceret; quippequam quiescebat, & eius in prima prospiciens femina simulachrum: & non quiescebat, donec intentum circumspiceret prototypum.

Ni dicere velis, Deum tantum quiescere in summo. Privilegium Evæ fuit, ut esset mater viventium, & non filia, quia ex Adami colla: atque in illa requievit, usquedum veniret, quæ filia mortalium, fieret prarogativa mater viventium. Eam constituit Deus conferens simul naturam, & largiens gratiam. In illa requievit, sed ut faceret: quoniam futura, quæ prius conciperetur mater gratiæ, quam filia naturæ. In illa prius, et si simul, quod animale, quam quod spiritale confertur. In Virgine, et si una, prius spiritale, quam animale producit; quandoquidem antequam conciperetur filia Adami, concipitur Theotocos, Mater Dei. Hoc est opus singularare, & nosser scopus, ut dilucentur prafata PP. sententiæ, ac delicentur excellentiæ Deipara.

5. Concipitur etenim Mater Salvatoris, & filia Proparentis. Hæc est enim illius præ-

cæteris nobilis magnitudo. Concipitur tota pulchra sine macula navo, amplectens gratiam; eo temporis quo natura cognoscit ut filiam. Quia reliquit, filij Adam (in quo voluntas in plicita omnium) convertes è culmine gratiæ in barathrum noxæ; prius videtur in nobis, confortibus infecta natura, sigillum culpæ, quam rutilantis mira testera gratiæ. Verum quod lux gratiæ in primo instanti animationis fulgeat in filia Adami, & ab eodem propagata genere, descendens à patre luminem! O altitudo divitiarum!

6. Unio, quæ facta primo animationis tempore inter Virginis corpus & animam in unione lucis ad astra habet appositè lucidissimam notam. Igitur si lux fuit forma illuminativa corporum in motu sine vita celestium; rationalis anima corpus informat, tamquam lux, quæ astra corporum animata clarificat. Modò exploretur in perspicuolū sym-bolo purissimæ conceptionis candidissima imago.

Postquam de nihilo produxit Deus cælum & terram; hanc rudem, deficiente cultu florur; illud imperfectum, nohndum cultu fulgore multijugi siderum & siquidem insertatis & viridario lucis, & constellationibus variformis venulatis, de singulis dicitur: *Igitur perficili sunt*: quin discernim utriusque orbis specierum gratam oculis invocationem aboleret pulchritudinum (Unde Virgilius de *Rosa*, vel quisquis fuerit apud Pier. Valer. *Hierog.* lib. 55. cap. 8. *Ros unus, color unus, & arum mane duorum sideris, & floris est: domina una Venusi Forsam & unus odor: sed celsior ille per aurat distatur; spirat proximus iste magis.*)

Ut attente summum opus ipse mundus conciperet, Deus artifex lucem protulit de qua (suo enim utitur testimonio; non alieno sufragio) *Vidit Deus lucem, quæ est bona*. Incomium omne, quod quidem promeritoria creaturarum cunctarum Omnipotentis specimium rutila simulachra, sibi vendicavit lux pro dignitate sola. Nonne Deus fecit luminaria magna? Ex luce postmodum in partes divisa, & velut in igneos globos fabricatâ, Sol, Luna, & stella factæ sunt; ut alruunt PP. & Expositores hie. Amicta sunt lumine, sicut vestimento: cur enim lux unice gaudet bonitatis elogio? Si eadem ipsa est, & intensior in luminaribus, & cæteris astris; quidam esset præ cæteris singularibus præconij? Si in Sole, Luna, sideribusque, ut lucentur divisa; antequam divideretur sola bona? Utique: plausum tantum promeretur.

7. Pendente. Nativitas luminarium fuit incur-

Concipitur tota pulchra.

Lucis & Virginis conferentia.

Gen. 2.

Aufertur.

Gen. 2.

Ex latè prima luminaria facta.

Eau est-
summa-
tur in lu-
ce, quia
claruit
ex primo
instanti.

Non tantum nativitas, sed conceptionis.

Virginis excellentia, quid lux in tranquillitate transgressiois lucis.

incorporatione lucis: antequam lux celestibus corporibus inhæreret; status signabatur conceptionis: etenim expectabant lucis formans ipsorum lucida informaret splendore materiam. Sine luce sidera cæperunt esse quæ esse principium illorum sine luce. Opus fuit, ut Deus elargiretur lucis formam, ut lucentes in cælo super terram: totumque meritò elogium consummatur in luce; quoniam radiare cepit ex primo instanti.

Clarius ergò. In astris collocatur lux, cuius signanter altitudo fit. Bona namque dicitur. Magni pro merito habetur. In primo instanti entitatis haud corpora celestia habebant lucem: lux habuit mirum cum entitate splendorem. Radios enim à primo conceptionis, seu naturalis conditionis momento, lux adepta; antequam ex ipsa & celestibus corporibus fierent affabrè luminaria magna: & minime entitas astrorum plauditur, in quibus futura lux, sed pulchritudo lucis; quia claruit etiam in primo instanti naturalis conceptionis. Astra quidem lucida, sed in conceptione opaca: priusquam ergo lucentes, non lucida; habuerunt ergo lucem, dum nacta fuerunt in cælo nativitatem. Quodnam ergo ius in lite nobilitatis, si coram profertur præstantia lucis? Nullum, vel insignium luminarium magnorum: quandoquidem lux, non tantum bona fulget in nativitate; sed etiam signanter clarescit in conceptione.

Demum: astra rationalia in huius mundi sphaera signantur homines; igitur ut lucentes super terram constituti sunt prædite. Gratiæ Dei dicitur lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ut illa inlitis, haud lubricè descendat in barathrum. Ideo gratia dicitur informatione vita animæ, quasi vita vitæ corporis. Tetulit in corpore Adami potestas noxæ spiraculum vitæ animæ (quod quidem erat habitus originalis collatæ iustitiæ) dominatricem formam in obsequium servi corporis redigendo, & corpus (aulam animæ) diris cruciatibus mancipando. Primum nostrum momentum vitæ, non est vitæ, quia non gratiæ; cum simus naturâ filij iræ, vasa contumeliæ, speculum iracundiæ, filij pœnæ, filij gehennæ. In Virgine eadem natura gaudente, primum conceptionis momentum adscriptum gratiæ. Accipimus esse inter opacas massæ damnatæ iustissimas tenebras, ut infelicitate contineamur vel invitè, Primiparentis amarissimas delicias. Exordium Virgo gloriosa (per quam omnes illuminantur) habuit, sicut habuit lux. Lux in tenebris transgressiois lucent, & tenebræ eiusdem

naturæ lapsæ eam puram non comprehenderunt: imò ingenium susceperit, dum encomium eius bonitatis in exordio floret; ex eò quod ex genere damnato Primiparentis, ex semine putrido Abrahæ, ex temerata stirpe Davidis, effulgeret ut lux sillibata rutila, vel in momento physica conceptionis. In nobis opus est ut nascamur, ad hoc ut renascamur in luce gratiæ. A Virginis primordio alitit Virgini. Habuit lucem gratiæ simul cum esse naturæ; non prius quam fulserit, habuit esse; cum non omnes esse incipimus sine luce. Opus meritò singulare plauditur Deitatis. Novum fecit Dominus super terram: spectaculum quidem dignum admirationis; quod conceptio quæ in alijs propter maculam primam sigillatur ut umbra, à primo momento temporis in Virgine. Matre præterit lucidè bona.

9. Ad vivum obumbrat hanc Virginis eminentiam dignitatis thæumaturga virga Moysis. *Virga hæc est humana, natura, quæ recta à Deo conlita est, & posita in paradiso*. Ita Cyrillus in *Collectan. in Exodum*. Rectam ergò condidit Deus naturam humanam; prona cum spectent animalia cætera terram. Os hominis sublimè indicabat dominium anime rationale, & subiectionem appetitus sensitivi rationi duci. Caterium (Proh dolor!) virga proieda in terram pondere criminis, propagatione toxicæ undecunque lethalis, convertitur in colubrum, & presentaneum venenum, per quod quæ serpentes, humi serpinus, & terrena duntaxat sapimus: ita incurvavit habitantes in excelso, exules à paradiso; ut detraheret usque ad pulverem obliquè principium redum, atque apparenter etiam filij, geminina viperarum. Apprehendit ergo Moyses serpentem virgam. At qua? Per *causam* aiter cur igitur capite non apprehendit? Nota, in capite coluber venenum habet; siquidem contagium naturæ humanæ à capite in posteriores infelicitè descendit: at cum sit natura infecta, quæ accipitur; non capite apprehendisse, mirum videtur: quippequam artis gratiæ præstantissima magnitudo, apprehendere naturam humanam serpente venenatam, absque veneno.

10. Cæterò. In diverso statu virga, diversus status præfigurabatur naturæ humanæ. Deiecta, conversa in serpentem, naturam exponebat transgressione lapsam: apprehensa, conversa in virgam, portendebat elevatam ab apprehensore naturam. Et non capite, ubi serpens habet venenum, sed caudam apprehendit, ubi non habet virulentum aculeum; ut oculis objiceret nobilissimum

Habuit lucem gratiæ simul cum esse naturæ.

Virga Moysi.

Cyrrill. Car. conu-
cipio Vir-
ginis fi-
guratur
in virga
Moysi.

Exod. 4.

Præmia Virginis rursus de-
scendit
se naturâ
humanâ
serpentis,
sine ve-
neno.

pot.

portentum. Sanè magnum; quòd natura trucid affumeretur serpentis, sine veneno contagio capitis.

Virga prolecta primum, qui serpebat, hominem demonstrabat: apprehensa ut serpens, secundum, qui peccatum in natura peccatrice non noverat: & tenuit naturam serpentis, licet non venena capitis; quia totam flammam suæ divinitatis implevit, & naturam humanam sine peccato liber assumpsit. Esse sine peccato in puritate, non magnum: verum insigne, haud experiri in veneno venenum.

11. Virga dicitur Virgo in intemerata conceptione, & virga quæ habet esse ab humana radice. In natura ex capite, contagiosa fit conceptio; & Virgo lucret sine natura contagio: unde virga rectissima erigitur ex natura serpente humanæ radicis; quia nec in primo instanti expectata fuit venena trucid serpentis. Nos in hoc nati sumus: in peccatis concipimur: radicem lasam sapimus. Ceterum Virgo Theotocos, vel accipiendo naturalem conditionem, ita refugit Protoparentum, & patencum radicem; ut pro eius gloria, gratiæ plaudatur ab omnibus excellentia, qua est naturam habuit serpentis, expers flectit extremum capitis. Non mirum, quòd Deipara tota pulchra sola sit, sed quòd sic Virga de radice Iesse. De radice colubri egredietur regulus, convertiturque virga recensissima in reguli virus. Mors à morte oritur, modò è morte vita nascitur: quippe quam Mariæ spectabilis prerogativa, quòd non coluber, sed virga egredietur de radice Iesse infecta. De quo infra num. 15. & 20.

12. Fac serpentem aneum, & pone eum pro signo: dixit Dominus Moyse, clamantibus Israëlitis ab igneo ictu venenati serpentis. Signum erit in conspectu filiorum Israël. Quare hoc? Crepera medicina, si in serpente, uti in alijs, insiguitur contagiosa plaga. Perperam affectos malis moribus, quicunque excellens ut signum, curat; dum idem ipsorum eodem pravo morbo laborat. Pone pro signo. Sed cuius? Conceptionis purioris erit stemma, in faucibus infelicitèr humana natura. Sicut Moyse exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportuit filium hominis. Peccatoris naturam; & similitudinem induit Filius Dei in carne: Et hæc in serpente versa est in incarnatione: inquit Cornel. Alapide in 4. Exod. vers. 2. Nos propter piaculum originale convertimur in serpentes: quare ergò Christus plauditur serpens in lavore illibata conceptionis? Vide: neutiquam signum est serpens, sed serpens aneus. Serpens virus habet: serpens

verò aneus veneni duntaxat exhibet similitudinem: & pure conceptionis exaltatur pro signo; quia Christus serpens pro similitudine duntaxat absque peccato. Nonne omnibus vigilantius signum, serpens non habens venenum? Inò ut destrueretur corpus peccati, serpentis similitudine; toxicum illius evanescens lupuit tanquam in are. Videatur August. Serm. 14. de Verbis Apost.

13. Imitata est insignia filij Mater purissima: Quodnam puritatis in conceptione signum? Pro signo serpentem aneum. Serpens aneus? Erit serpens? Serpens aneus. Vox quidem divina. Serpens, pro similitudine corporis humani: sed aneus, quia corpus non habet navum naturalis veneni. Similitudo tantum conspurcata imaginis, quin prevaleret venena serpentis. Serpens, communi humanâ conditione, haud verò universalis prevalens errati veritate: quandoquidem ut in anima adhereret contagium hominis; corpus non erat carnis, sed caro erat solidissimi aris. Erga maculam dicere quibat cum Beatissimo Iob: Caro mea aneus est. Si velis scire qualis Virginis immaculatae conceptio, serpentem aneum ponas coram oculis pro signo.

14. Subleabit & dubiolum magis ac magis cognitionem magnitudinis Virginis; vel dubia quippe demonstrant prodigium gratiæ purissimæ conceptionis. Virga versa est in colubrum: extendit gratia manum, & tenuit: Versaque est in virgam. Insignis metamorphosis! Equidem illud serpentis, virgæque in illum conversio, fuit tantum similitudo. Similitudo (inquam) quia erga Virginem figura duntaxat & apparentia serpentis; in natura corporis primi hominis, Adams ergò communicavit tanquam radix Virginis naturale esse pro signo; etenim (et si signanter) originem ducit ab stipite malo; ubi corrupta mater & violata genitrix. Omnia ab hac (hycycamo tincta) radice, pullulant mortalia germina; & à radice mortalia: quoniam si flitissent (avertissent se, & non servaverunt pactum) Primparentes, gaudentes irrigatione originalis gratiæ, in paradiso rutilaret speciosior arbor rationalis vite. Modò ad conceptionis encomium. Egredietur (ait Vates Evangelicus de Virgine, ut notat Hieronymus hic, & alij quam plures) virga de radice Iesse, & flos de radice. Si vitam haberet truncus; quòd rami consortes apparent vite, non novus effectus. Ceterum ex radice trunci veneno arida, proveniens ex ea, quòd ostendatur virga vel miraculo florida, germen rectilium à stipite inani, atque flos ex medicata radice

Christus serps pro similitudine absque peccato.

August.

Caro Virginis aneus non ex origine nati.

Iob 63 3. 4.

Exod. 4 3. 4.

Isaia 11 1.

Virga Virgo transiit ad Adam miraculo sa, quia flos de radice flos cæ

Egre

Insigne non expectari in veneno veneni.

Habuit Virgo natura serpentis aliquid veneno capitis.

Isaia 11 1.

Cor Virgo Iesse dicitur

Numer. 31. 8.

Malum excipit superioris morbos protracta non crevit.

Alapide.

Egredietur. Habet Virgo ab initio sospes generalis luis, naturam humanam: lues universalis amplexata fuit naturam: sed tali gratiæ artificio opus fuit in Virginis Conceptione, ut tantum gauderet similitudine, vel proveniens à radice.

Rom. 8. 3. Quid est caro peccati?

15. Ingentium conceptionis proferat Paulus: Quòd impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne. Singulare testimonium! Perpende Carnis peccati: idest Corporis peccati: quod quidem protopopæia. Peccatum ne habet corpus? Quare enim Paulus; ut expendat veritatem humanitatis à Verbo Divino assumpta; asserit, missum à Patre in similitudinem carnis peccati? Quid signat in similitudine carnis, peccatum corporis, & non corpus carnis peccati? Abstrulam mentem, prout possum, proferam. In corpore, quod Christus ostendit in terra, minime inhæret originaia fatalis corporis noxa. Habere corpus, inuit propaginem esse illius miserabilis trunci, à quo exordium auspiciata primæva macula criminis; quod per corpus derivatur in corpus humana huius passibilis conditionis. Habet homo carnem peccati, & peccatum, à corpore transgressorum primparentum. Ab initio fuit sic, eodem instanti quo dicti sunt filij Adam. Ab hac lege excludendus, qui peccatum non noverat, & corpus peccati habebat: quare Paulus prædicans illibatam Christi humanitatem, & viam viam in adolescentula magnoperè eminentioris; illius duntaxat similitudinem protulit carnis, quia assumpsit corpus humanum sine crimine corporis.

In Christo non peccati corpus, sed corpus peccati.

Quare?

Etiā in natura corporis, tantum habuit Virgo similitudinem carnis.

similitudinem carnis. Similitudo fiat in eo; quòd sigilletur corpore filia Adami. Natura, in eo, quòd ipsam possideat cum peccati contractione. Virgo licet surculus aridi stipitis, non contrahit toxicum præstigiata arboris: & in natura totummodò gaudet corporis peccati similitudine; quoniam corpus nata est pura sine corporis contagione. Videas Ambros. lib. 2. de Virginib.

Ahuc observa. Corpus languere facit omnem hominem. Ista lex stabilita. Omnes in Adam peccaverunt. Aliter, ut ait Paulus, erat impossibile legi. Contulit gratia, quod inficiatur dicta natura. Impossibile erat, dummodò individuum haberet naturam infecti corporis. Mirandum, si corpus tantummodò haberet similitudinem carnis; & ut rutillet Mariæ singulari privilegium; conceditur iurè Virgini, quod erian impossibile legi.

17. Deinde: Et de peccato (subdit) damnavit peccatum in carne. Quod quidem alibi Paulus. Verus homo noster simul crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati. En quod Caro peccati idem sit ac corpus peccati, ut dixi supra. Corpus peccati. Hoc est peccatum primum iuxta Peigenem, quia omnis homo infirmabatur per carnem. De quo Alapide latè hic. Quodlibet corpus hominis in habita & substantia, gaudet similitudine & natura. Similitudo veritatur in dispositione membrorum, & symmetria corporis: natura autem in substantia maculata carnis: atque gaudenti corpori Christi eadem natura Adami, concedit unice Paulus, gaudere similitudines quia non habet corpus peccati in corpore, sed mundum corpus, ut destruat in carne corpus peccati. Mirabilis sanè conceptio, qua Christus in natura habitu inventus, ut homo.

Idem sermè prodigium (dicam potius, quia micat gratia in pura creatura: in Christo debitum, in Matre gratuitum) spectatur in Virgine. Corpore constat maxime in Adamo inquinatæ, sed labis Adami immuni. Non habet quod exigit in corpore corpus peccati, prout sigulatum, seu coagulatum ex Adami materia; sed prout primo esse naturam irradiavit & gratia. Quamobrem solum in natura, quam essentialiter habet, describitur similitudo; dum Virginis atruitur immaculata conceptio: quippequam corpore pulcherrime sospite ab originali lue; vel ab exordio in corpore destruxit corpus peccati. Est profecto Adami filia: at pravenit in benedictionibus gratia.

18. Verum quomodo? Prius fuit Mater Dei, quam filia Adami. Nova namque Philosophia. In limine ostendit acumen rationale, quia Virgo Mater nec ostendit in limine. Anteriori

Ambros.

Rom. 8. 12.

Conceditur Virgini, quod erat impossibile legi.

Rom. 6. 6.

Origen. Alapide.

Christus in natura, habitus inventus ut homo, ut exprimitur inter conceptio.

Est Virgo Adami filia, sed præaccipata à gratia.

Tractatus
de Virginitate
I. 1. 1. 1.

Matth.
1. 10.
21.

Matth.
1. 16.

Haud me
moratur
parentes,
quia in
natura
prece-
lluit gra-
tia Virgi-
nis.

Gen. 1.
2.
Nec ce-
lestis
mundatur
fuit luce.

Ibid. v.
10. 23.
28. 29.
30. 31.

terior est conceptus filiz, quam matris; igitur non habentur gaudia matris, quin origo supponatur: ni conciperet Virgo Mater, antequam conciperetur. Non novum, est mirabile, dum dicitur de illa: *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum.* Quis audivit unquam tale? *Et quis vidit hunc simile?* Nati- cium delicat Evangelium: *Quod in eo natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem filium.* Si Mater Virgo est, antequam filia; habet esse antequam sit. Verum est. Haud conceptio immaculata spectabilis luceret; ni gratia festina & natura praret.

Gloriosa Virginis Mariz Conceptionem dignissimè recolimus: verum ab Evangelistis nec auditur memoria conceptionis. Si conceptio est, principium aspiciatur. Ergo filia. Evangelium quidam vel parentum Virginis non veniatur memoria? Deinde: in libro generationis, quem exponit Mattheus, tantum dicitur: *Maria, De qua natus est Iesus.* Sigillatur tanquam Mater Christi. In conceptione passiva non est Mater. Quare Matrem Christi Sacre Paginæ solummodo exprimit, dum parentes in conceptionibus, ut principia frequenter commemorantur? Patet *Matth. 1. & Luc. 3.* Mysterium est. Si patres Virginis exprimerentur (dum signatur filia in conceptione undique integerrima) prius Virginis ostendebatur natura: & plauditur singulariter Mater Iesu, quod est gratia; quia antequam celeriter gratia esse gradatim concedendum à natura. Primitus feminæ concipiuntur filia, quam matres concipientes: verum in conceptione Virginis, quodnam singulare miraculum; nisi splendor gratiz occuparet primum locum?

19 Ad lucem primam defecit obsequens studium addita devotioni cogitatio; ut amplius clarescat immaculate conceptio. Orbem radijs insigniviv, simulacra posita lucidissima entitate. Lineas in tabula chaos ducebat Omnipotentia; & plauditur lux ut bona. In principio creavit Deus cælum & terram. Nec probantur (est bona) ut bona divina opificis auctoritate. Cur ergo? Nec ipsum cælum bonum describitur sine luce. Verum & observa subtilem anagogen. De celo & terra; de Angelis & homine non profert benedictionem à Deo solum sacrum; cum isdem in Hexaëmetro de reliquis dicatur: *Vidit Deus, quod esset bonum.* Bona Deus cuncta creavit: quare præfata non astruuntur ut bona? Ante lucem, qua portenditur gratia, cælum & terra condita. Symbolum Angelorum cælum, terra verò tellera rationalium; & que lucem cælum &

terra carent divina commendatione; quia Angelus & homo, est sint, nihil sunt sine lumine gratiz. Luce igitur facta videt Deus cuncta, que fecerat, & erant valde bona: bona in esse natura: & edita luce, universa bona valde.

20 Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux; ut fulgeret in opere vestigium Auctoris, siquidem ob præstantiam, & gloriosè dicitur Deus lucis. Nec enim in alium cadit tam absolutum opus: ideo à Siracho: *Lux Dei vestigium eius.* Lucem (specimen summi penicilli) protulit; & per editionem lucis totius Hexaëmeri festivitatem Opifex universi celebravit. Quidam ad lucem rediguntur orbis excellentiæ, si tot & pulchra felix exponenda sunt luci? Lucis igitur tantus prelusus? *Sine subiecto fuisse creatam,* alienis Theodoretus hic quaest. 7. Qualitas lucis apparuit sine subiecto. Mirabile quidem. Ideo gaudet singulari præconio? Et merito. Lux accidens est: accidens habet esse in subiecto, quo naturaliter sit; igitur non elicit accidens, si subsisteret per se. Qualitas lucis habet esse in natura, sine corporis substantia, igitur priusquam luminaria existerent, existebat: & in eam unicam deducuntur encomia iustitica Deitatis; quoniam habuit esse in natura, sine substantia naturali corporis.

Uterius. Ordo naturæ exigit, ut post, & in substantia subsistat mediate, vel immediate quodlibet accidens. Lux habuit in ortu corporis substantiam post: etenim postmodum condita corpora globi caelestis, ut radiarentur qualitate lucis: & in ipso primo creationis instanti, Deus lucem laudibus extulit; quia ordinem totius naturæ mirabiliter tranavit.

21 Hinc pater consona allusio lucis, & Virginis conceptionis. Celebretur Mariz conceptio, sicut lux prima resulsit in mundo. Capie esse luce gratiz: emeratur ut unica in candida conceptione: igitur si in conceptione filia producitur, quia filia naturæ humanæ; ita lux gratiz præcurret naturæ (in cursu Ioannis & Petri obijcitur vivida imago: Ioannes enim est junior, præcurret citius Petro) ut stante gratia, que qualificativum accidens naturam afficit; & natura, que accidentis informationem recipit; vitium sit in Virginis conceptione gratiz qualitatis prodigium, præcurrendo ante accidens naturale subiectum. Aptius, & altius loquar. Erat in conceptione Mariana gratia, & natura. Natura erat filia Adami, à quo suscipiebatur esse. Maternitas erat accidens summe qualificativum, superveniens in substantiale subiectum; atque lucis in conceptione Vir-

Nec Angeli, nec bona sine lumine gratia

Gen. 1. 3.

Eccl. 48. 18. Ibid. 10. 31.

In opere cogitatur audire. Theol.

Luce si una excellit, quod extaret absque corpore substantia.

Plauditur, cum solus ordinis natura præponitur.

Gratia præcurret natura Virginis.

Ioan. 10. 4.

Accidens gratia prius in Virgine, quæ substantia natura.

Rom. 1. 4.

Quomodo prædestinatus filius Dei?

Ephel. 1. 5.

Alap. Perer. 5. Th.

Nullum commendabilis prodigium, quæ quod gratia præcedat esse obcedendum à natura.

Matth. 2. 16.

gialis memdratur festivitas; dum in illa antecedit cunctis naturali maternitas: siquidem natiatur Virgo, vel in primo instanti prodigium orbis; cum in natura primum locum habeat accidens Maternitatis.

22 Audiendus est Docteur Gentium, ut eius miraculi profertur haud absolum testimonium. Prædicat Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis, *De filio suo: qui factus est ei ex semine David secundum carnem (observa vigilantem) qui prædestinatus est filius Dei: Satis, superque sit, Paule. Prædestinatus filius Dei? Est Paulus peritus, vel Dardani labyrinthi tortuosus? Prædestinatio libera: sed filiatio secunda Divinæ Personæ libertatem excludit: & adhuc prædestinatio locum habet? Prædestinatus filius Dei? Deus prædestinavit nos in adoptionem filiorum, ut aluit aliubi Paulus; quia homo non est naturalis Dei filius: siquidem in adoptione accipitur persona extranea in gaudium hereditatis, cuius non vindicatum ex vi originis. Quo ergo pacto ut filius Dei filius sit, excogitabitur decretum definitionis; si adhuc in humanitate semper filius naturalis? Est enim persona extranea, que habet eandem naturam? Abfit. Unicum suppositum est in natura duplici. Quid igitur prævisio definitionis decrevit? Ut homo Christus subsisteret in persona filij Dei. Atque subtiliter Alapide hic, Pererius, & Scholastici DD. cum D. Thom. 3. part. quest. 24. articulo. 1. & 1. sent. dist. 40. quest. 2. in corp. & in Epist. ad Rom. 1. lect. 3. Idem, quod persona Christi hominis esset non humana. Esto: est finis definitionis: Peregrina exotica gratia, ac decor humanitatis. Perpende: *Prædestinatio*, iuxta Angelicum Magist. ubi supra, *anteceptionem quandam importat.* Modus substantialis subsistentiæ, qui unicum suppositum constituit in duplici natura; fuit gratia humanæ Christi naturæ collata. Gratia nunquam naturam præcessit: sublequitur uti accidens; & asserit Paulus, quod prædestinatus est Christus; ut innotescat hominibus inauditum miraculum: siquidem cum prædestinatio quodammodo antecedit subiectum; nullum altius mirabilis prodigium, quam quod præcederet gratia ipsum esse, quod concessura natura.*

23 Dilucidabitur portentum in Maria, quæ Mater Dei ab aeterno ordinata. Maternitas ut dixi, accidens est. A Mattheo Mater Dei plauditur, vel dum filia concipitur: *Maria, ait: de qua natus est Iesus.* Natura eius est absdubie subiectum receptivum maternitatis: & effertur Mater Dei, vel in pun-

cto conceptionis; quia gratia prævenit locum, antequam acciderit ipsa natura præpararet subiectum. Rursus. Declinat Virgo filia: prædestinatur & Mater. Gratia ut sit Mater Dei: natura ut sit filia Adami: æterum cum prædestinatio antecedit in conceptione purissima esse Matris Dei præcubrit in Virgine, esse filiam Adami, quod est esse naturale.

24 Ratio nondum de prompta: ab illa namque pendet intelligentia, sensusque Ss. PP. auctoritatum, quarum supra in obsequium Deiparæ dulci Minervæ meminimus. Delicabitur ergo quo sensu Theologico dici potest *Negotium secularium, rerum causa* & reliqua, ut ad illam respiciant, tanquam in finem, omnia. Mariam a quo Adamum destinata, & prædestinata, ut non modo appareret immunitis originaria labe, sed etiam à necessitate debiti. Erat utique Virgo Dei possessio, *Antequam quicquam faceret à principio.* Audi, quomodo factum est istud.

Primum signum decreti divini; Verbum Patris, quod in forma Dei erat, naturam humanam assumere. Deinde modus; quo, habitu inveniretur ut homo; unde decreta. femina (in cuius visceribus humanitatem uniret, & sibi substantiam peregrinam copularet) gaudia matris habens cum virginitaris honore. Ad hoc ut esset huiusmodi femina, natura miraculum, in qua & ex qua carne susciperet Verbum, & quod consubstantiale Patri, consubstantiale esse dignaretur & Matri; opus fuit definire naturam, qua Dei filius homo factus, id quod erat permaneret, & quod non erat assumeret. Ceterum cum huiusmodi mirabile, atque inexcogitabile portentum in orbis principio non esset patrandum, sed notum sane faciendum in medio annorum; ut Filius Dei naturæ humanæ illustrator, hyperaspites etiam, adveniret ut Redemptor, humani generis caput constituitur Adamus; qui quidem homo non primarius, est primus, quandoquidem eius filia, Theotocos, Domina nostra, *Mater Dei* in idea constabat prædestinata, antequam Adamus fieret, à quo esse naturale susciperet. Ideo *Primogenita ante omnem creaturam.* Eccl. 24. 5. *Quia Deus de præparato habitaculo suo respexit super omnes.* Plalm. 32. 14. *De quo uberius Nos in Tautolog. memorata Eccl. & vers. 12. Ibid. Creator omnium & qui creavit me.* Grandis nobis restat via: quidam auspiciatur Immaculata?

Liquet igitur modò sesus Ss. PP. Virginis Encomiastarum; & prodigium eius conceptionis devenustatione qualitate naturæ expertis:

Excellit
tria Ma-
tris Dei
piscel-
lata in
Virgine
esse nata
rati.

Quo sensu
dicitur Vir-
go finis
& causa
rerum om-
nium

Prov. 8.
22.

Quis or-
do in de-
creto exist-
entia
Mariæ
nat?

Eccl. 24. 5.
Plalm. 32.
14.

Non Virgo per Adam, sed Adamus exiit per Virginem.

ita ut prius conciperetur Mater Dei, quam filia Adami; licet in natura humana, quam ab Adamo susceperat natura Virginis, gloria praeclara fundaretur Maternitatis. Si Virgo sicut & ceteri (licet ab Adamo) esse haberet per Adamum; primitus conciperetur filia Adami, quam Mater Dei. Verum cum Adamus eisdem pater Virginis, per Virginem habeat esse; in leviori praestanti conceptione (antequam ab Adamo tanquam patre conciperetur) Mater Dei Virgo mirabiliter extollitur.

Ifai. 118. 1.

25 In trito textu Evangelici Vatis eminebit excellentia conceptionis. Egre dicitur Virga de radice Jesse, & flos (ait) de radice eius ascendet. Varietatem Mariae conceptionem portendit igitur non alia via originem ducit; ut constat Matth. 1. 5. 6. & Luc. 3. 32. Egre dicitur autem humana propagine, ex leste genere nobili, virga pulchra de radice: atque ut potius virga rutillet, & flos de radice ascendet. Quid est hoc? Quomodo flos de radice, dum thronus in florida virga, quin immutetur natura? Mirabile mysterium declaratur hodie virga namque oritur a radice, flos a virga: quidum flos virgae spectatur, unde virga ornatisime oritur? Micae quasi signum magnum in hac rationali arboris propagationis, quod intercederet maxime naturae series. Quid verò in generatione renidebit insigne, nisi appareat singulare? Flos huiusmodi in radice, est Virgo in nitida conceptione: & sitis foris & virgae permutante Prophetas; exprimit conceptionem Virginis fulgidam gratia: siquidem quantumvis de radice virulenta Adami esse participet conditionis; esse quod particeps habet, non habet virus radicis.

Series natura in-terfecatur, dum conspiciatur Virgo.

Flos est de radice, sed non radicis.

Insuper: Flos concipitur Maria de radice Jesse cuius virga oritur ex trunco Adam: verum flos in virga stipitis haud residet, sed in radice. Omne Virginis elogium in hoc tantum fundamento nititur: hoc solo principio conceptio Deipara gloriosissime extollitur. Radix dicitur principium naturae: atque flos ibi in radice collocatur summæ gratiæ; quia licet in Adamo polluta exploraretur origo, virga habuit: florem gratiæ vel ab exordio. Si spectatur materia conceptionis, Virgo flos de radice, sed non radicis.

Trinitas fuit Mater, quæ descendens ab Adamo.

26 Denique: Cum non detur principium principij in Philosophia, radix radicis exponitur a Prophetâ, De radice, & de radice, inquit: & quidem apposite. In Virgine primum fuit (antequam esset) quia primatum, eius principium, quam constitutio Adami in humanæ naturæ primordium. Est radix radicis Adami, dum prædicitur Mater Dei.

Si conciperetur tantum quasi ex Adamo proæ genita, flos de radice egredieretur de virga: & in virga non collocatur, quanvis proveniat a virga hic candidissimus flos; quia primò fuit Mater Dei, quam descendens ab Adamo. Quid modò mirum, quòd dicitur Virgo Causa finalis rerum, & negotium saeculorum, per quam, & in qua, & de qua, & cum qua hoc faciendum decernitur, si cum Deo erata cuncta componens, tanquam exemplar & fundamentum radicis? Ipsa per Verbum Dei, cui Aptata saecula. Heb. 1. 1. 3. Ceterum per ipsam cuncta.

Heb. 1. 1. 3.

27 Ne voluntarium autem turpe iudicium, & Virginis adscribitur tributum, & non obsequium; eundem ipsum Propheten auscultata, seu potius Deum florentem misericordiâ. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Aliubi de Filio expositum, modò de Matre, Pretiosissimo lapide, gemma mulierum, ut dicit Novarinus de Umbra Virginum. num. 644. Observa. Mittitur fundamentum in fundamento fundatum. Tantum sapio, quantum capio. Quomodo fiet istud? Concipiet sane præter Sibyllam nemo. Fundamentum & fundatum? Utique. Fundamentum gratiæ, uti receptivum, natura est: & quod fundatum, fundamentum fit; quia prius fundaverat Virgine gratia, quam constituisset natura. Fundatur namque huiusmodi fundamentum; quippe quam in Virgine est nobile fundamentum, quod in alijs est fundatum. Supponit certocertius forma gratiæ naturâ: in Mariâ verò natura iustificantem prorsus supponit formam. Singulare opus Dei extollitur, uti vidimus num. 3. si nò esset fundamentum fundatum, nil singulare. Novum est, quòd id in quo fundatur, fundatur in opus: exponitur oculis in Deipara opus insignis; & fundamentum naturæ fundatum in lapide iustificacionis pretiosè describitur; siquidè fundata in gratiâ, antequam ut in mundo existeret, fundaretur.

Ifai. 28. 16. Virgo laici pretiosas, gemma mulierum. Novara.

Quomodo Maria fundamentum fundatum in humana praesentia.

Ad decretum eius constitutionis aptius. Fundamentum humani generis fuit Adamus, quia à Deo extitit constitutus homo primus. Quicquid naturâ gignitur, in hoc primævo fundamento fundatur: ab uno enim omne genus hominum: Act. 17. 26. qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum. Sapient. 10. 1. Virga cunctæ propaginis ab hac egreditur radice, tanquam à principio primigenio fundamentali: Virgoque fundata fundamentum est, quia fundamentum fundamenti Adami. Fundamentum fundatum. Fundatum; quia à natura Adami, fundamento naturæ: fundamentum, quia per illam fundata natura

Ada.

Sine fundamento Virginis, Adamus non esset fundamentum humani generis.

Adami: etenim sine isthoc fundamento fundato Virginis; minime Adamus humanæ constitueretur fundamentum propaginis. Fundamentum fundatum sunt vicissim Adamus & Virgo. Virgo, quia per Adami nobilem generationem: Adamus, quia naturam nactus praestantissime per Virgineum.

28 Verum dices, (sed quid?) haud proclive concipitur, quòd Virgo, dum omnes in conceptione aspiciatur essentiam; antea dedum adificatur naturam. Fundamentum fundamenti naturæ essentia: quid miramur? Postspectatur in illius illibata conceptione, transeunte Maria ab esse gratiæ ad esse naturæ; quod in cæteris, dum transeunt ab esse naturæ ad sphaeram lucidam gratiæ.

Apocal. 4. 11.

Gratia est natura rationalis firmata: ut nò sit sine gratia.

Maria, quæ erat in gratia, in esse naturali fuit producta.

Matth. 2. 1.

Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Appositum encomium, verum lateat intellectum. Ex nihilo in creatione fit productio: quomodo reram, si erant, intelligitur creatio? Esse antequam sint, implicat: attamen novi esse productio forem felicem demonstrat: eam cum nullius momenti fit essentia naturæ sine forma gratiæ; existentia cuncta iure dicuntur creata: quia transeunt corda rationalia à villi nobili forma naturæ; in gratiæ lucidam nobilissimum esse.

Sicce omnia. At Maria? In conceptione producta fuit verum erat. Erat, & creata est. Qualiter? Erat antequam esset, in esse gratiæ: & tali discrimine; quòd si reliqui hominum, quia in peccatis concepti, dum sunt in esse naturæ, pierate divina renascuntur in gratiam; Virgo, quia concipienda sine originaria virulenta labe, ab esse rutilo gratiæ transvolavit in naturam. Cæterò. Si conciperetur ut filia, signum primum haberet in cœptione naturalis essentia. Concepta fuit præventa gratiâ; & esse obtinuit, antequam esset. Erat, & creata fuit: siquidem priusquam acciperet esse filia Adami, ornavit gratia tanquam Matrem Dei. Quid? Citiusquam esset Adamus, extitit Maria, de qua natus est Iesus.

29 Ut ergò summa cõfuset prodigium, astruit etiam Evangelium. Series avorum omnium in arbore generationis Iesu Christi (ab Adamo Lucas, ab Abrahamo Matthæus) exactè recensetur. Hic est liber generationis, & Adamus scriptus est in capite libri, sive rationalis arboris. Ab hac radice, quæ quidem naturæ exordium, provenit & provenit primum speciei, & novissimum individuum. Aciem mentis modò fige. Liber, dicitur, generationis Iesu Christi: qui naturam humanam habuit à Virgine Matre, igitur incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, Tom. J. Taut.

Christus, cuius humana generatio signatur, à Virgine gignitur: cur ergò Mater tantum cõnotative in generatione huius arboris recensetur? Incede in modum. De quolibet dicitur Genitrix de Virgine, Joseph virum Mariae, de qua natus est Iesus. Quæ quidem periodus, quia destruat seâs historicus, quasi parenthesis est; siquidem exclusa, contextus integer perseverat. Nec abs re. Maria de qua natus est Iesus, præ cæteris classem format. Modò ambigendum: Omnes quasi in linea recta describuntur in arbore, igitur parentes recensentur vel ab auctore. Quare virgo linea proles insignitur oblique? Parentes qui genuerunt, subtrahuntur, & cui fuerit desponsata, dicitur: quapropter minime demonstratur per rectum; sed solummodò per ipsi cõnotatum. Belle. Rectè ergò colligitur ex magnitudine ipsi, præstantissima excellentia Maria. Denique: Liber Christi generationis est; qui habet humanum esse per Mariam: alij qui genuerunt in recto exprimitur nobilem prolapsam: Virgo igitur Mater Christi, cur non rectè præteretur in arbore? Quia Mater Christi.

Ibid. v. 16. Maria præ cæteris classis formatur.

Joseph sicuti Virginis.

Symbolum conceptionis est differentia arboris predicamentalis.

Rom. 5. 12.

30 Ad scholas redamus. Arbor Categoricalis, sive Prædicamentalis, ut dicunt Dialectici, est huius privilegij Mariani graphicum signum. In hac subtili arboris idea cuncta predicata in recto, verificatur de quolibet individuo; quia universalitas contracta transcendit usque ad ultimas differentias, quæ sunt in specie individua, in quibus derivantur predicata. Differentias, quia de omnibus, constituitur in linea recta minime verificantur, quippe licet aliquod rectum constituant, alij repugnant; Dialectici collocant in arboris latera, distincta categoriâ: at verificentur propositiones constituentes, & falsificentur repugnantes. Hoc prærogativæ Virginis symbolum. Adamus fuit primus in arbore prædicamentali prolapsus. Verificatur de singulis individuis macula noxa. Est homo; ergo filius Adam: ergo peccatum originarium contractum. In uno omnes peccaverunt. Rectè sunt predicaciones, quoniam lineæ rectæ. Mariam uti filiam Adami constantem naturâ humanâ, in recto lineæ collocare debuerat Evangelista; & non ut filiam in arbore generationis recenseret, sed ut Matrè immaculatam subscriberet. Ut matrem. Merito: quippe cum in natura tæcrite differentiam spectabilis gratiæ collocatur ad latum Maria, de qua natus est Iesus. Distinctam illius categoriam constituit conceptio; dū non participavit transcendens prædicatum à trunco.

31 Fecundissima namque auctoritas Gg 2 Haiz

Itaiz. Egre dietur

Itaiz. Egre dietur (vaticinatur) Virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet. Quavis invertuntur situs, & positiones, quippe floris thronus est virga, radixque virga, nullumque flosculum in radice nascitur, est veniat à radice; nullo modo aptius in arbore generis, quam hac mutatione, exprimeret quibus Evangelicus Vates ostentum Conceptionis Mariæ. Vulgare autem est, quod flos situm habeat in virga, à qua immediatè provenit geminis natura. At si esset in virga, tanquam filia rami, haberet esse meditatione trunci. Non itante flore in virga, Matris Dei in radice exprimitur differentia: lateri collocatur linea recta; quia de illa repugnat prædicari, tanquam filia rami, prædicatum quod transcendit in reliqua germina trunci.

Licet in recta consistat, recedat connotativè quia gratia à ceteris distincta in conceptione.

Ubi sup.

Venant.

Cur aliter flor

In quo differentia conceptionis

Utrâ. Mater & filia dicitur Virgo, dum gaudet perpulchro pulvere humano. Tanquam filia pertinet virga, quæ dicit ordinem ad stipitem sicum pernicie transgressionis. Tanquam matri non virga, sed radix; quæ floret venustas gratiosi germinis: & licet Virgo ex trunco Adami producat; non ut filia, sed ut mater in generationis arbore collocatur: ad hoc profectò tantum destinata lateri; præveniente disposita gratia, recenseatur in arbore uti Mater differentia.

32 Verum quanam? Patet auctoritate præfata. Egre dietur virga de radice Jesse, & flos de radice ascendet. Aliqua examinata. In natura humana Virgo flos & virga est. Unde Venantius de Partu Virginis. lib. 1. v. 11.

Virgo hac virga fuit, de qua flos. Tanquam in arbore describuntur rami, vel virga mortales in libro generationis. Simul cum virgis egredierentur flores, si radix amaritudinis tabescebat verne criminis originalis. Nascitur homo in mundum, sed videtur virga tantum; quippe quæ in paradiso rutilabat venustate, desolata fuit à callidior serpente. Hanc conditionem habebit & Virgo? Naturæ, verum non noxæ: siquidem in radice amara, cuius alij virgæ sunt, ascendendo superextollitur flos. Egre dietur quæ ex non floridis florida? Egre dietur: & florebit, dum alij ardescunt, antequam egrediantur. Patet ergo inter homines differentia, ut à cunctis generationibus prædicetur beata: quoniam si homo priusquam egredietur cadit; illa, uti flos, antequam egredia-

tur, ascendit. Flos gratia est: clarescit differentia, dum concipitur in gratia. Accipit Sedul. lib. 2. v. 32.

Ut quoniam natura prior vitata iacebat, Velut in spinis mollis rosa surgat acutis. Lucem illicò ut Deus fecit, à tenebris segregavit. Virginem divisit à tenebris antequam tecisset. Vidit Deus lucem, quòd esset bona; & quia bona erat, subduxit ab umbra. Perpulchra imago, ut rutillet perfectionis conceptione: etenim cum notaretur à gratia in natura cum differentia; exulavit in primo instanti Virginis umbra, ut esset, vel dum concipitur, bona.

33 Que est ista, que progreditur quasi aurora surgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol: ita Angeli canunt in Virginis conceptione. Videtis Ghisler. Alapide, & Hayc hic. Que est ista, que accipit humanum esse, quin videatur humanum, cum claritate: igitur ubi alij tenebræ & non lux; hæc progreditur quasi Aurora & Luna, & Sol. Nota verionem Anibrosij. Que est ista, que progreditur admiratio! Ita profert lib. de Isaac. Si progreditur ut Sol, ut Luna, ut Aurora, quo pacto uti admiratio progreditur? Proteram. Admiratio oritur ex novitate. Non est Sol, quin patiatur eclipsim, nec Luna, quæ non habeat diminutionem; neque Auroræ color roseus, quin deturpetur nigrescentibus nubibus: ubi concipitur uti Aurora, Luna, Sol, speciosissima Virgo, concipitur admiratio: quia omnino novum in natura humana, sine nubecula Auroræ, Luna sine labore, Sol sine eclipsi.

Natura fuit absorpta in eius conceptione. In natura gratia contulit esse. Ius est quòd plaudatur ut miraculum, quod nunquam & nusquam visum. Gratia prevenit naturam in conceptione. Quis vidit huic simile? Admiratiō congruit laudibus esse huiusmodi rubum refertum rosis pro spinis, cœlum sine nube, Solem cum candore, Lunam copioso lumine, lucem sine tenebris, cœlestium splendoris, speculum sine macula, candorem abs nebula, hortum conclusum, fontem signatum, arborem vitæ, miraculum gratiæ, & specimen singularissimum gloriæ. Quid mirum quòd sedes sit Deitatis, quæ exiit pura vel in puncto conceptionis: X)(X)

Sedul.

Gen. 1. 4

Cant. 6. 9.

Ambr.

Cur admiratio dicitur eius Conceptio

Admiratiōne rationis vitæ plauditur.

Eius eloquia.



TAUTOLOGIA

QUARTA.

FORMAVIT IGITUR DOMINUS DEUS hominem de limo terra, & inspiravit in faciem eius spiraculum vite,

ET FACTUS EST HOMO IN ANIMAM VIVENTEM. Genes. 2. vers. 7.

EXPOSITIO LITERÆ.



TSI Locum haud incongruum haberet Tautologiæ examen ad illud 1. Genes. v. 20. 21. 24. 28. & 30. ubi iteratur sæpe Anima vivens, & Animantia quæ moventur, alijque quàm plurimi Pleonasmis, de quibus infra, in præsentiarum studiosè protraxi: primum enim in genere debet esse mensura, & cæterorum inferiorum regula. Primum de reliquis animantibus in Sacra Pagina agitur, quia prius quod animale, quam quod spiritales; sed non quia primum; plauditur enim utcumque principale, quod primum in intentione. Operæ pretium duxi expositionem texere de Anima, ubi de nobiliori animantium, propter quem omnia. Speculum igitur describitur mundi, siquidem cuncta explorantur in homine: eminet autem collatione tacta, rationalis excellentia, & quasi in pergula cunctis ostenditur nature superioris præstantia. Nam (ut ait Augustinus lib. 10. de Civit. Dei, cap. 12.) & omni miraculo quòd sit per hominem, maius miraculum est homo. Assentitur luculenter Seneca lib. 6. Benefic. cap. 23. dicens: Inter maxima veram suarum natura nihil habet, quo magis gloriatur, aut certe cui gloriatur. Perquam aptè. Quo, propter corporis elegantiam, ac pulcherrimam habitudinem: Cui, propter præcellentem animæ cognitionem. Unde Ovidius lib. 1. Metam. canit Fab. 2.

Sanctius bis animal, mentisque capacius alter. Animæ verò materiales dicuntur Martales à Mantuan. Faciles, id est, nullius momenti à Valerio Flacco in Argonaut. Manil. lib. 4. Astron. cap. ult. vocavit Sanguineas. Aufon. Caducas. Tu brevis hunc ævi cursum, celeremque caducæ Finem anima. Lucretius de Rerum natura, lib. 5. Leves. Aurarumque leves anima, calidique vapores. Atque optimè Severinus Boëtius lib. 3. de Consolat. cap. 3. Vitas minores, quasi infimæ notæ & clasis, appositè appellat. Sic enim succinit: Tu causis animas paribus, vitasque minores Protrahis.

Inter has, discrimen rationalis assignat eruditè Marius Victor. lib. 1. Genesios v. 198. dicens: Omnia quæcumque movent anima generata vivente, Vos, operante Deo. Quapropter circa opificium hominis dicitur: Formavit Deus. De reliquis, Produxit, fecit; Gen. 1. 24. 25. & cap. 2. 4. Formatio namque hominis non qualis qualis: materiam sanè non nobiliorem, sed nobiliori modo Deus auctor concinnavit in corpus; quod quidem capax formæ spiritalis subiectum, & forma finis supernaturalis; id est cognitionis, & dilectionis Opificis. Diligentius enim & nobilissimè disposita: ita eximie in utroque compositionis extremo: ut corpus quantumvis terrenum (quia non corrumpi poterat, atque poterat corrumpi, de quo ex professo Tautolog. 5. in Expositione litera) nobilè, luculètaque organizatione, haud aggravaret animam, & terrena inhabitatio minime deprimeret sensum multa cogitantem, oblitans facultatù usibus, ac formæ rationalis proprijs functionibus: parique modo intelle-

Genes. 203

Homo specula totius mundi.

August. Miraculum Senec.

Ovid. Epitheta anime materialis. Mantuan. Valer. Flac. Manil. Aufon. Lucret. Sever. Boet.

Mar. Vict.

Hominis confirmatio mirifica.